REMOTE STORAGE

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

027.245
P156r

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/codicumorientali00cusa

CODICUM ORIENTALIUM

QUI PANORMI IN R. BIBLIOTHECA ASSERVANTUR

CATALOGUS

CURANTE

PROF. SALVATORE CUSA

PANORMI
EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI LAO
—
1882

I.

THEOLOGIA

I.

THEOLOGIA MUHAMMEDANA.

CORANI fragmentum in membrana, in 4° p.° oblongo (cm. 19×14) ff. 110, ll. 7, ad cuphicum vergente moghrebina scriptura exaratum. Nulla adest librarii nota vel temporis, unde saeculum quo exemplar hoc conscriptum fuerit, erui queat. Videtur tamen ad saec. x circiter pertinere, ideoque magni habendum est.

Continet primas quatuor Suratas, quarum tituli, cuphico charactere, et pausae sunt auro illinita; vocales omnes rubro, signa vero *tescdid* et *gezm* coeruleo atramento adscripta sunt; signum denique *Hamza* in forma crassissimi puncti rubro colore notatur.

Verba ad divisiones Corani in *Gez'* (sectiones) notandas, aeque ac distributiones in *hizb* (portio orationis) sunt in superficie coerulea vel viridi, circite aureo inclusa, ad marginem adpicta, sed prorsus nunc deleta. Scriptura quoque ita deperdita est, ut hic illic restitui, duoque folia rescribi necesse fuerit; folia denique omnia denuo compacta in margine adeo resecata fuere, ut notae numerales recentius appositae partim exciderint. Verba alia, dimidiam partem, tertiam, quar-

tam etc. portionum significantes, et typi aliquot anulorum reperiuntur, qui, ut serioris aevi, hic praetermittendi sunt.

Suratarum tituli nomen tantum et numerum versuum Suratae continent; sic in capite Suratae secundae legitur البقرة مايتان وخمس وثمنون اية (ubi animadvertenda in octoginta quinque, pro octoginta sex versuum patitio), et in capite Suratae tertiae ال عمران مايتا اية.

Prima et ultima pagina verbis et formulis inanibus foedatae sunt: placet tamen hic hos versus notatu dignos inde excerpere:

الخط يبقا زمانا بعد كاتبه
وصاحب الخط تحت الارض مدفون
يا رب ارحم عبدك كان كاتبه
ويا قارى الخط بالله قل امين

« Scriptura scriptoris vitae superest, dum hic sub terra sepultus iacet. O domine, miserere servi qui hunc codicem scripsit, et tu, o lector, per Deum dic, sit pax.»

II.

CORANI exemplar alterum in 8° (cm. 14 × 10) ff. 362, ll. 13, arabico charactere naskhi haud incompto, fortasse saec. XVI exaratum, sed saepius in margine emendatum. Tituli surarum et pausarum signa sunt rubro atramento apposita. Minio etiam, majori characteris forma, verba pensum lecturae denotantia cernuntur appicta. In folii 69 margine adscri-

ptum legitur: بو ايتلر يد كز اقسه ; « hos versus septies lege : » quibus ex verbis scribam Turcam fuisse colligitur.

III.

CORANUS in folio (cm. 31×20) ff. 248, ll. 17, integer incompto, sed nitido, moghrebino saec. XVII charactere exaratus. Vocales omnes et suratarum tituli sunt atramento rubro adscripti; concinniores, viridi, rubro et albo coloribus intermixtis, sunt coronae, quibus primi Suratarum intercluduntur tituli. Ceterum nec mendis expers, nec ulla re commendabilis codex hic dici potest.

In fine adiecta sunt quaedam amanuensis verba, quibus ille, nomine suo et excriptionis die fusius traditis, se ab erroribus in exemplari hoc commissis purgare conatur, ut sequitur :

كمل بحمد الله وحسن عونه وتوفيقه على يد عبد الفقير الحقير
الذليل الراجى عفو موليه ومغفرته ابو القاسم بن ابو البلقاسم بن
احمد بن قاسم بن عبد الواحد بن السغير العلم الشريف بن
عبد النصر بن عبد الله عام خمسة وثمانين بعد الف وكان الفراغ
من نسخه يوم الاربعة عند صلاة الضهر في اول شهر الله المعظم
ذو الحجة تاب الله عليه وعلى والديه وعلى اشياخه وعلى اخوانه
وعلى سامعه وعلى قاريه وعلى المسلمين والمسلمت والمومنين
والمومنة الاحيا منهم والاموات واخر دعوانا ان الحمد الله رب
العلمين هاذك امانة الله يا من وقعت بيده هذه المصحف
يدع لنا بالمعرفة العبد واه معدا خطا والنسان وناسخها من غير

مصحف ولا مقابلة معجلا والله الموفر بالصواب واجود عوانا ان
الحمد لله رب العلمين

Explicit auxiliante et optime opitulante Deo, cui sit laus, manu humilis, vilis, et despicabilis servi, qui veniam et remissionem peccatorum a Domino suo sperat, Abu-l-Qasem, ben Abu-l-Qasem, ben Ahmed, ben Qasem, ben 'Abdo-l-uahed, ben es-Saghir-el-'Elm es-Scerif ben 'Abdo-n-Naser ben 'Abd-Allah; anno octogesimo quinto post millesimum. Absolutum autem fuit exemplar hoc feria IV hora precis meridianae, primo nobilis et divini mensis Dul-Haggia : propitius sit ei Deus, parentibus, majoribus natu et fratribus eius, ut et illis qui legerint, vel legi audiverint hunc librum Moslemis, fidelibusque omnibus vivis et mortuis. Ultima invocatio nostra haec est, ut laus tribuatur Deo Domino mundorum, in qua vera consistit fides. O tu, cujus in manus codex hic veniet, pete pro me ut servus bene dignoscat qui heu! multum mendis et ex oblivione peccavit, sed qui sine ullo exemplari, absque collatione, festinanter conscripsit.

Deus director et auxiliator est optimus: laus sit Deo domino mundorum.

IV.

CORANUS integer in 8° (cm. 16×10) ll. 15, ff. 294, charactere naskhi, chartae tenuitate, scripturae elegantia ac ornamentorum copia omni laude dignus.

Priores duae paginae, suratam primam et initium secundae continentes, mirum in modum decoratae sunt: reliquae omnes lineis aureis occluduntur, et pausas omnes habent auro illinitas. Titulus quisque super aurea superficie literis albis inscribitur, aeque ac divisiones in *sectiones,* quae usque ad vigesimam quintam adnotatae in margine sunt. Verba « adoratio facienda » « portio orationis » « pars decima », ut et literae septem insignium Corani interpretum nomina significantes (*Notic. et extr.* IX, 91), sunt rubro atramento appicta.

De tempore, quo exemplar hoc exscriptum fuit, et de librarii nomine, sequens adnotatio certiores nos facit quae in calce legitur libri :

تم القران بعون الله الملك المنان.
قد وقع الفراغ عن يد الفقير المعرف بالعجز والتقصير
حامدا لله ومصليا على النبى اضعف العباد البسنوى غفر
الله له ولوالديه ولمن نظر فيه ودعا بالغفران لكاتبه من شهور
سنة اربعين ومایة والف

Absoluta est excriptio haec manu humilis, debilitatem ac deficientiam suam confitentis ac pro propheta precantis,et minimi inter servos, el-Bosnawi; misereatur eius Deus et parentum suorum, ac illius, qui

librum hunc viderit, et pro conscriptore ejus veniam rogaverit; mensibus anni millesimi centesimi quadragesimi (A. D. 1727-8).

V.

LIBELLUS in 16° p.° (cm. 11 × 8) ll. 7. ff. 98 charactere naskhi nitide conscriptus, Corani Suratas XXXVI, XLVIII, LXVII, LXXVIII, CXII, CXIII, CXIV, I, continens, quas aliquot sequuntur preces, adjecto commentario turcico, ut infra :

1. Commentarius in nomina sancta Dei : شرسح الا الحسنی (*turcice*). Incipit :

ای طالب اسرار بلکل که حق سبحانه وتعالنک اسم شریفلری بی نهایه در الخ

O tu qui arcana quaeris, scito quod innumera sunt nobilia sancti et excelsi Dei nomina etc.

2. Nomina sancta Dei: هذا اسما الحسنی (*arabice*). Incipit:

هو الله الذی لا اله الا هو الخ

Deus ille est praeter quem Deus nullus est alius etc.

3. Oratio Khidr Eliâs : هذا دعا خضر الياس (*arabice*). Incipit :

الحمد لله الذی من وثق به لم یکن الی غیره والحمد لله الذی یفرج غما ویرفع البلا عنا الخ

Laus Deo, in quo qui confidit nemine indiget alio; laus Deo, qui moerorem detergit et aerumnas removet a nobis etc.

4. ExplicatioP recis *septem signorum*: هذ شرح دعا هفت (*turcice*). Incipit:

شويله روايت اولنور بر كون الخ

Hoc modo traditio refertur. Quodam die etc.

5. Oratio *septem signorum*: هذا دعا هفت (*arabice*). Incipit:

قل لن يصيبنا الا ما كتب الله لنا هو مولانا الخ

Dic; nil nobis eveniet nisi praestitutum a Deo. Ipse Dominus est noster etc.

6. Explicatio Orationis a Deo exauditae: شرح دعا مستجاب (*turcice*). Incipit.

ادم بيغمبر عليه السلام اوجقدن جقجق اجوز ايل اغلدى
اخر بو دعا اوقودى حق تعالى ايتدى يا ادم الخ

Propheta Adam, cui sit pax, e paradiso egressus trecentos annos flevit: demum hanc precem recitavit. Deus excelsus dixit: O Adam etc.

7. Oratio a Deo exaudita: هذا دعا مستجاب (*arabice*). Incipit:

اللهم انك تعلم سرى وعلانيتى فاقبل معذرتى الخ

O Deus, intus et extrinsecus me novisti; excipe excusationes meas etc.

8. Oratio benedicta: هذا دعا مبارك (*arabice*). Incipit:

الحمد لله رب العالمين الرحمن الرحيم الخ

Laus Deo Domino mundorum, clementi, misericordi etc.

Continet sectiones breviores precum cum incantamentis, et commentariis virtutem eorum explicantibus.

9. Commentarius in Orationem *Literae conventionis pacis*: هذا شرح دعا عهد نامه (*turcice*). Incipit:

عبد الله بن مسعود رضى الله عنه ايدر بن بيغمبردن صلى الله تعالى عليه وسلم دن اشتدم ايدر هركم بو عهد نامه اقوسه الخ

Tradidit 'Abd Allah ben Mas'âd, quem gratum habeat Deus. Ego audivi Prophetam (benedicat ei Deus et eum servet) dicentem: Quicumque orationem hanc recitaverit etc.

10. Oratio *Literae conventionis pacis*: هذا دعا عهد نامه (*arabice*). Incipit:

اللهم فاطر السموات والارض عالم الغيب والشهادة الخ

O Deus creator coeli et terrae, qui visibilia et invisibilia novisti etc.

Sectiones precum aliae sequuntur, ut supra, et amuletum nomina priorum quatuor Mohammedis successorum, variis araeolis interclusa et diversimode repetita continens.

11. Brevis Oratio pro inopia arcenda: هذا دعا صفرة (*arabice*). Incipit:

الحمد لله الحمد لله الذى اطعمنا الخ

Laus Deo, laus Deo, qui nos alit etc.

12. Brevis Oratio quinque precationum horis diei recitanda هذا دعا بش وقت نماز (*arabice*). Incipit:

الحمد لله رب العالمين الخ

Laus Deo domino mundorum etc.

VI.

LIBELLUS charactere naskhi, haud incompto, saec. XVII exaratus in 16° p.° (cm. 10 × 7) ll. 7, ff. 142. Continet Corani Suratas XXXVI (cui subjungitur precatio brevis), LXVII, LXXVIII, CXIII, CXIV, I, et preces aliquot cum earum explicatione, titulis sequentibus.

1. Explicatio Precis nobilis, شرح دعا شريف (*turcice*). Incipit :

الحمد لله رب العالمين الخ

Laus Deo domino mundorum etc.

2. Oratio Khidr Eliâs; هذا دعا خضر الياس (*arabice*). Incipit :

الحمد لله الذى من وثق به لم يكن الى غيره الخ

Laus Deo, in quo qui confidit, alio non eget.

3. Explicatio Orationis magnae; شرح دعا عظيم (*turcice*). Incipit :

بو بر دعادركيم ابليس عليه اللعنه ايدركم الخ

Haec una ex precibus est, de quibus diabolus maledictus dixit: Quis etc.

4. Oratio magna (*arabice*). Incipit:

لا اله الا الله الملك الجبار لا اله الا الله الواحد القهار الخ

Non est Deus nisi Deus, rex absoluti imperii; non est Deus nisi Deus, unicus omnipotens etc.

5. Explicatio altera Orationis ejusdem : شرح الدعا (*tur-*

cice), qua traditio de Mohammede super praerogativis eius refertur. Incipit:

روایتدر رسول الله حضرتندە علیه السلام بر کون مسجد اجندە اوترردی جبرایل علیه السلام کلادی ایتدی الخ

Traditur de illustri propheta, cui sit pax, quod cum ille quondam in oratorio sedisset, Gabriel, cui sit benedictio Dei, ad eum venit etc.

6. Oratio pulchra: هذا دعا جميل (*arabice*). Incipit:

يا جميل يا الله يا قريب يا الله الخ

O pulchre, o Deus, o aditu propinque, o Deus etc.

7. Oratio supremi nominis; هذا دعا اسم اعظم. Habetu hic explicatio turcica tantum. Incipit:

هر کم اشبو اسم اعظم کتورسه يا اوقسه تکری تعالى انوك اون درت درلو ايش تمام ايليه الخ

Quicumque nomen illud maximum proferet, Deus excelsus quatuordecim specierum rebus eum integre explebit etc.

8. Oratio nobilis; هذا دعا شريف (*arabice*). Praecedit invocatio arcanis verbis expressa, quorum sensus vix ex turcico erui possibile est. Incipit:

يا الله اللهم يا متاليغ يا منتجيغاليغ الخ

O Deus, Deus meus, o fulgens, o educens etc.

9. Explicatio Orationis ejusdem; شرح الدعا (*turcice*): cum variis magiis. Incipit:

پيغمبر حضرت عليه السلام

Majestas prophetae, benedictio super illo etc.

10. Explicatio Orationis lucis; شرح دعا نور (*turcice*). Incipit:

رسول حضرت عليه السلام بر كون مبارك ارقسين مسجدك محرابنه ويرب اوتردی للخ

Illustris propheta Dei, cui sit salus, die quadam benedicta, *mihrab* tergo verso in oratorio sedebat, etc.

11. Oratio lucis, هذا دعا نور (*arabice*). Incipit:

اللهم يا نور النور تنورت بالنور والنور فى نور نورك يا نور الخ

Deus meus, o splendens lux, luce fulgente luxisti, luce lucis tuae etc.

12. Oratio ejus qui linguâ impeditus est; هذا دعا عقد لسان (*turcice*). Incipit:

يس والقران الحكيم انك لمن المرسلين علي صراط مستقيم الخ

Ias, et Coranus sapiens, quoniam tu es ex legatis ad viam rectam commonstrandam etc.

13. Explicatio Orationis sortis, شرح دعا قدح (*turcice*). Incipit:

انس بن مالك رضى الله عنه رسول حضرتندن عليه السلام روايت ايدر الخ

Anas ben Malik, quem gratum habeat Deus, tra-

ditionem retulit prophetae illustris, benedicat ei Deus etc.

14. Oratio sortis; هذا دعا قدح (*arabice*). Incipit :

بسم الله وباسمه المبتدي رب الاخرة والاولى لا غاية له ولا منتهى الخ

In nomine Creatoris, praesentis ac futurae vitae Domini, cui finis non est, nec terminus etc.

Accedunt considerationes aliquot tturcico idiomate.

15. Explicatio Orationis Margiân. هذا شرح دعا مرجان (*turcice*). Incipit :

اولنمشور علما مقدمين شويله روايت قلورلر كم بو دعا يدى حق سبحانه و تعالى اكى جهان سرورى الخ

Hoc modo a prioribus sapientibus traditio refertur. Hac prece ab excelso Deo septem in utraque vita gaudia etc.

16. Oratio Margiân.; هذا دعا مرجان بو در (*arabice*). Incipit :

اللهم يا هادي تهديت بالهداية الخ

Deus meus, o Director, bene directus fui recta via etc.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 104210593